DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

OMPHALOTOMIA NEONATORUM,

QUAM,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE

RECTORIS MAGNIFICI,

JACOBI BAART DE LA FAILLE,

A. L. M. Phil. Doct. Math. et *Phys. Prof. Ord*

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE CONSENSU,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CAPESSENDIS,

in choro Templi Academici,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

GERHARDUS HOZEAS AMSHOFF,

ULSA-BENTHEIMIENSIS,

ad diem XVI Junii MDCCCXIX. Hora XII.

1819

GRONINGAE,

Apud J. RÖMELINGH, Bibliopolam.

VIRO

PLURIMUM VENERANDO

JOHANNI PETRO AMSHOFF,

ORACULORUM DIVINORUM INTERPRETI IN PAGO EMMEN *FIDELISSIMO, PATRI OPTIMO, INDULGENTISSIMO, OMNI, QUA FILIUM DECET, PIETATE ET AMORE AD ULTIMUM VITAE HALITUM PROSEQUENDO;*

NEC NON

VIRO AESTUMATISSIMO

PETRO DANNENBARGH,

RERUM ECCLESIASTICARUM NORTHORNAE PRAEFECTO, NEC NON MERCATURAM FLORENTISSIMAM IBIQUE AGENTI,

AVUNCULO CARISSIMO

hasce Studiorum
Suorum primitias

D. D. D.

AUCTOR.

PROOEMIUM.

Lauream doctoralem, finito curriculo academico, capturus, non posſum non quin legibus atque ſtatutis obediam ac commentationem quamdam publici juris faciam. Suadente ergo viro Clarisſimo, Praeceptore ac Promotore aestumatisſimo BAKKER, *non incongruum mihi viſum est, ea colligere ac conſcribere, quae ad tractationem Funiculi umbilicalis ſtatim post infantem natum pertinent.*

Hanc ergo materiam ita tractavi, ut conſideraverim in

Cap I. Mortalitatem infantum ejusque cauſas;

II. Historiam partus humani animalisque, ſpeciatim quoad ſeparationem funiculi umbilicalis;

III.

* * *

III. Pravas sequelas, profluentes ex perversa agendi methodo, a quibusdam auctoribus proposita.

IV. Horum Epicrisin, et tandem in

V. Conclusionem ad optimam agendi methodum.

Hanc musarum itaque sedem relinquens, publice gratias ago quam maximas Viris Clarissimis, Praeceptoribus meis aestumatissimis, DRIESSEN, THOMASSEN À THUESSINK, BAKKER, STRATINGH *et* HENDRIKSZ, *ob multa in me collata beneficia per omnem studiorum decursum.*

Accipiantur juveniles hi conatus, qualescunque sint! dum ea, quae minus accurate sunt dicta, aliave vitia haud emendata, L. B., corrigat ipse!

DIS-

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS.

INTRODUCTIO.

Tout est bien, ſortant des mains de l'Auteur des choſes: tout degenere entre les mains de l'homme. — Il force une terre à nourrir les productions d'une autre, un arbre à porter les fruits d'un autre: il mêle et confond les climats, les elemens, les ſaiſons: il mutile ſon chien, ſon cheval, ſon esclave: il bouleverſe tout, il deſigure tout, il aime la difformité, les monſtres; il ne veut rien, tel que l'a fait la nature, pas même l'homme, il le faut dresſer pour lui, comme un cheval de manege; il le faut contourner à ſa mode comme un arbre de ſon jardin. Hac obſervatione ductum natu-

rae ut optimae ducis fequendum fuadebat acutisfimus ROUSSEAU(1), qua fimul exhortatur quascumque emendationes temporius incipere talesque non prorogare, donec plena lux affulferit, quando haec nondum lucet; quae, fi nimia forte videri posfit, fatis tamen continet vera, ut ab innovandi pruritu alieni, fimulque opinionum commentis parum fidentes, maturo femper atque prudenter in rebus magnis utamur confilio.

Haec cupido mutandi et corrigendi omnia ea, quae provida natura ex fuo gremio in defiderata perfectione et idoneis viribus inftructa emittit, in nulla re clarius patuit, quam in actu parturiendi et tractatione neonatorum; in qua agendi methodo tam faepe mater et infans officiofae affectionis perpremebantur fignis, ut non raro fuccumbere deberent. Hanc ob rem jam prius ZELLER, BOER, aliique humani generis fanitatem ante primam educationem confervare ftudebant, et fimul ipfum partum magis fecundum naturae leges dirigere. Hi autem ad totum parturiendi actum fe applicabant, dum aliis prae-

pri-

(1) Emile ou de l'Education. Amft. 1762 pag. 1.

primis cordi esſet, ſecundinarum curam ad naturae normam reducere, et alii erroribus haud parcerent ipſius Omphalotomiae actui ſubreptis, atque in iis ſolis plurimorum morborum potisſimum infantiae cauſam invenire arbitrabantur. In hac re, ut dein pluribus dicemus, multum effecerunt doct. MESMER ejusque discipulus WOLFARD. Mirum ſane atque incredibile foret in re tam parva, tam facili atque ſimplici, post tot ſeculorum experientiam, aliquid inveniri posſe, antecesſoribus incognitum, aut minus bene obſervatum, niſi ſimilia phaenomena nobis reliquisſet omnium fere cognitionis humanae partium historia, ne iis etiam exceptis, quibus ipſorum ſeniuum patet aditus. — Nonne enim mirandum, ſanguinis circulationem per totum corpus ac viam, quam hoc decurſu abſolvit, tam diu denſa tectam fuisſe caligine? Si enim attenta mente attendamus ad valvularum fabricam, earumque poſitionem tam in veni quam in cordis ſinubus ac ventriculis, tunc non facile est intellectu, quo modo tot tantique viri in arte Clarisſimi hujus laticis vitalis motum circulantem usque ad tempora HARVEIJI ignorare potuerint! — Quare VESALIUS demum detegere et apertum reddere potuit Osteologiam, quemad-

 mo-

modum GALENUS docuerat, non ex homine, ſed ſimia eſſe deſumtam 2): -- et variolarum vaccinarum ſalutiferam inventionem immortali JENNERO ad finem ſeculi praecedentis usque fuiſſe relictam, nemo ignorat. —— Quomodo fieri potuit, quod pernicioſisſima veſtimentorum ſpecies, thoraces nempe Balaenaceae, quae formae tenerioris et gracilioris pulchre tunc habitae gratia, ad finem fere praecedentis ſeculi usque, corpus femininum miſere adeo tam diu constrixerant, quarumque noxios effectus nunc adhuc ſubinde lugemus in laborioſis partibus, et reditum intra breve tempus jure iterum veremur, non ſolis medicorum conaminibus, verum etiam advocato auxilio et jusſu magiſtratus non prius est abrogata? Et quid dicendum de methodo infantes ſtatim post nativitatem faſciis et vinculis ligandi, quae, invitis inde productis adeo conſpicuis effectibus noxiis, nunc adhuc, licet ſane mitius, continuat? Et

(2) Quod ulterius pluribus locis ipſe Galenus testatur. Conf. hac de re Sprengel, *Verſuch einer pragmatiſchen Geſchichte der Arzneykunde.* Halle 1800 I. II. § 75.

Et tandem secundinae, quae ad materiam, de qua agere mecum constitui, arctiorem habent relationem, cur quaeso olim semper momento citius post infantem natum arte educi debebant? Et cur ad seculum demum XVIII cl. nostro RUISCHII manserat servatum, in hac re veritatem, quemadmodum docebat natura, extra omne ponere dubium In errorem igitur facile pronus esse, merito censeri debet, qui ut vaniloquia contemnit conamina eorum, qui ad salutem humani generis promovendam novam praxin vel saltem accuratiorem indagationem proponunt in iis etiam rebus, quae per longam aevorum seriem confirmatae veritatis prae se ferunt speciem.

Verum ab altera parte fervidus ille ardor, quo miseros a miseria liberare conamur, inculpatur, quod saepe nimia et plura videat in subjecto, quocum rem habeat, quam revera quidem obtinent. Non difficile et hic esset exempla afferre, ad hujus observationis veritatem confirmandam. Ab uno extremo ordinario mens humana aliud petit; ambo illi fines non semper sunt innocui, praecipue ubi res agitur de vita et sanitate, carissimis illis hominum pignoribus; et tunc, proh dolor! quando in luctatione diversarum opinionum pertinaciter defensarum, hominum sanitas

et vita nimis ordinario jam fuerint pasſae, post tantam nimiamque divaricationen veritas in medio conſpicitur inter utrumque. Hoc obtinet in explicatione ipſius partus, dum hi naturae omnes vires et facultatem finiendi, quod inceperat, producendi, quod creaverat, vellent negare, et hinc ſemper arte educere fetum; alii autem neutiquam, neque fere in abnormali ſtatu, vires naturae adjuvare necesſe haberent. Hoc in ſpecie obtinuit in cura ſecundinarum, et praeprimis quoad tractationem funiculi umbilicalis, uti fuſius explicare nobis est propoſitum. — Operae hinc pretium est, inquirere in ea et haec colligere, quae Historia, ſana Empeiria, Anatomica et phyſiologica Scientia nos doceant, ad rectam bonamque agendi methodum inveniendam, quoad tractationem funiculi umbilicalis post partum infantis.

CAPUT I.

Conſideratio morborum et mortalitatis infantum, quorum ſimul cauſae definiuntur.

§ 1.

Quotiescunque attenta mente obſervamus generis humani ſortem, ac inprimis proportionem natos inter atque defunctos; vix poteſt, quin miremur, ſimulque doleamus, inſignem valde numerum infantum, qui aut naſcentes fere moriuntur, aut plenam vix attingunt juventutem; ita ut, e tabularum publicarum teſtimonio, tertia infantum pars primi anni terminum haud ſupervixerit, et dimidia omnium natorum ante adoleſcentiae ſtatum morti jam ſit tradita (3). Ex hac obſervatione ju-

(3) Süszmilch, *De goddelijke orde, heerſchende in de Veranderingen van het menſchelijk geſlacht, uit de geboorte, het ſterven en de voortplanting van hetzelve bewezen. III. deel 2de Hoofdſt. p.* 403.

jure merito exſurgit quaeſtio, utrum ſtupenda haec mortalitatis proportio ad ipſius naturae ordinem pertineat, atque ſic neceſſaria ſit habenda, num vero referri debeat ad mala ſanabilia, quae, natura adjutrice, emendare poſſit ingenium humanum.

§ 2.

Quando humanum corpus cum corpore animalium comparamus, luculenter apparet, multa hominibus ac animalibus communia eſſe, in multis etiam differre.

Ita v. c. natura homini procuravit cutim multo minus piloſam; ab hac cauſa ergo jam teneriorem ac magis ſenſilem fabricam, quo facilius cauſis nocentibus affici poteſt, imo citius, quam illud obtinet in animalibus; quo enim teneriora ſubtiliora ac complicatiora corporis ſint organa ejusque vires requirant, quo plures arte conjuncti motus in corpore coëant, et ad vitam excluſive ſint neceſſarii, et plura contactus puncta; eo magis ab omnibus ſe circumdantibus corporibus ac conditionibus dependet corpus, et functionum turbam excitare poterit perexigua cauſa, ſaltem quamdam anomaliam ac dein morbum.

§ 3.

§ 3.

Haec omnia autem non impediunt, quo minus homo universi terrarum orbis esse posfit habitator, et, uti cl. BLUMENBACH dicit(4), tam freti Hudsonis aut novae Zemblae rigores, quam Senegae littoris torrentes ignes perferre valeat; hoc autem animalia nequeunt, quorum plurima eorum, quae e patria in aliam migrata sunt regionem, vel moriuntur, vel saltem omnino naturam mutant, et novam fere deinceps formant speciem. Homo, suam regionem et ita assuetum clima mutat, peregrinationes suscipit, mariaque transit, lucri faciendi vel scientiarum augendarum causa; animalia e contrario vinculis saepissime conjecta, vi transferuntur, quod etiam forte suas confert partes, quare haec minus capacia sunt migrationibus; canis autem fere solus excipi posset, nisi haecce ejus facultas majori certe jure adscribenda esset amicitiae, qua fruitur hominis, quae eum humanae quasi rationis participem reddit: — et hoc modo etiam

(4) Conf. Blumenbach *Instit. physiol. Gött.* 1798. p. 133.

etiam bona et ſufficiens corporis fabrica, quam natura homini ſuppeditavit aeque ac animantibus, probatur hac facultate omne clima inhabitandi, quamvis praecipue adſcribi debeat divino illi dono nempe rationi, et facultati inſuper pantophagae. —— Et ipſa etiam animalia ab altera parte quam maxime incitabilia ſunt ac ſenſibilia, a leviſſimo nempe ſtimulo ipſa fortiora morbum contrahunt; equus v. gr. tusſi afficitur, ſi corpore calefacto refrigerium ſusceperit, quod tam ſaepe rheumatismum univerſalem acutum, dyſuriam, aliaque mala potest producere.

Morbi etiam epidemici, aeque facile ac cito, quando cauſa occaſionalis excitans adest, apud homines et animalia evolvuntur; ſubjecti ſunt aeque ac haec morbis hereditariis. Horum vero evolutio facilior esſe videtur apud homines: nonne hoc videmus in infantibus parentum phthiſicorum, in podagra, ſcrofula et teterrimo omnium morborum, lue venerea? *Fortes* enim, teste HORATIO, *creantur fortibus et bonis.* Nequaquam igitur naturam tanquam humani generis Novercam conſiderare licet. Facilius quidem apud homines, ſaepiusque etiam, morbi evolvuntur; ipſi homini autem illud inculpari debet, qui vitam degit adeo oppoſitam naturae, cujus ductum ſequitur animal,

(nempe

(nempe inſtinctum, qui rationis locum in eo tenet) quando morbo corripitur; homo e contrario, ſi leviori, vel graviori laborat morbo, naturae vel non auscultat hortationibus, vel directe indicia, quae haec quaſi jubet ſequi, ſe opponit, perverſa ſaepe in uſum vocando remedia, et inimicam diaetam.

§ 4.

Quando varios vel peculiares, quibus homines aeque ac animalia expoſiti ſunt, morbos conſideramus, tunc nonnullos adesſe videmus, quibus ſoli homines ſunt ſubjecti, dum et aliis ſola animalia corripiuntur (5). Ex exanthematicis Scarlatina, Variolae, Morbilli ſimilesque ſolos homines afficiunt; ex haemorrhagiis Haemorrhoides; Melancholia et Hysteria e ſerie morborum nervoſorum; ex cachexiis Scrofula, Lues venerea et forte Rachitis.

Ab

(5) Conf. J. F. Blumenbach *de generis humani varietate nativa* Gott. 1795. *pag.* 59.

Ab altera parte etiam quidam morbi recensendi veniunt animalibus inprimis proprii, ex quibus potissimum attentione nostra meretur in genere bovillo *Variola*, ab eo nomen habens; sic rabies etiam canina homini sine contagione haud propria est, nec equorum caries ossium faciei spongiosorum specifica (*kwade droes*).

§ 5.

Plurimi tamen ex omnibus hisce morbis vix premunt hominum atque brutorum infantiam; sunt itaque potentiae externae, humano generi admodum inimicae, inter quas inprimis referri meretur perversa physica educatio, cum suis erroribus ex opinione praejudicata, ignorantia vel nimia caritate materna natis; sed etiam miseria et privatio eorum, quae ad sanam vitae conditionem agendam requiruntur: dum tamen infantes pauperioris conditionis multis talibus carere coguntur, tam quoad alimenta quam vestimenta, quibus omnibus mortalitas quam maxime augetur.

Harum causarum multae quidem etiam apud populos incultos vigent, verum hic etiam ab una parte

parte praejudicium et luxuria adſunt, quae recte inculpantur. Ita v. gr. in illis Inſulis, quas *Societeits-Eilanden* COOK vocavit, numerus infantum ex parentum luxuria, qua fere ſtatim natus infans ſuffocatur, valde diminuitur: ab altera parte autem rigidius clima et multarum rerum defectus, quae fere abſolute ad vitam ſuſtentandam ſunt neceſſariae, magnopere augent mortalitatem tenerioris fabricae infantum: hoc probat immenſa clades, inter infantes ſervorum nigritanorum in coloniis americanis, quorum tantus numerus tetano extinguitur. (6). Ex

---

(6) Nequaquam concedere poſſumus *Doct.* Alphonſe Leroy, qui cauſam mortis horum infantum quaerendam eſſe judicat in adhibito inſtrumento, ferrugine tecto ad ſectionem funiculi umbilicalis, quod et nobiscum negat *Cl.* Gardien, in *Traité complet d' accouchemens* T. III. *pag.* 127. dicens: *Il est inutile de graisser l' inſtrument, qui sert à faire cette section, on n' a pas à craindre, que le rouille, qui le recouvre, produise les convulsions.* —— Hic potius est cogitandum de calore magno, nonnunquam mordace, nec minus de effectu aëris, quum paucos post partum dies jam cum matre ſuis iterum laboribus vacante ſub dio verſari debent tenelli infantes.

Ex omnibus his concludimus, homini atque inprimis infanti humano, cum brutis comparato, naturam esse delicatiorem, qua majore cura et auxilio indiget, quae vero si semper rite administrari posset, vix dubium est, quin maxima longe pars infantum morti dedicatorum deberet servari.

§ 6.

Quae vero tanquam causa externa, homini a primo jam initio letifera, peculiarem considerationem meretur ipse *partus* est *humanus*; hic scilicet gravior et paululum difficilior invenitur, dum ob corporis structuram erectam pelvis arctior et alius figurae esse debebat, quam apud animalia; verum e contrario etiam apud hominem uterum solidiorem et magis compactum observamus, quam apud animalia, ita ut mater vel infans ob causas inevitabiles majori periculo non exponantur. Ergo partus difficiles toties apud homines occurrentes potius considerari debent tanquam sequelae hujus illiusve morbi, qui, uti jam vidimus, non semper evitari potest, praeter tales inter hos partus laboriosos, qui adscribendi sunt arti male adhi-

hibitae; quam multi enim servati fuissent infantes, si obstetricatores semper naturae vestigia pressissent! Et quamvis haudquaquam negemus, quibusdam in casibus artem absolute requiri, immortales tamen conatus Cl. ZELLER, BOER, eorumque, qui hos secuti sunt, naturae sua jura reddiderunt et satis superque demonstrant illius viribus multo magis tribuendum esse, quam vulgo putamus; et revera numerus infantum durante partu vel etiam post eum ex adhibito auxilio mortuorum evadet minor per talem agendi methodum, quemadmodum ex illo tempore experientia jam coepit docere.

Jam vero, tunc adhuc remanet quaestio, an rectam viam incedimus, quoad fere generalem hodie assumtam tractationem infantis statim post partum; praeprimis quoäd illam agendi methodum, quae cum sanguinis circuitu, et exinde cum sanitate et vita intimum adeo alit commercium, nempe separationem illarum partium, quibus ad vitam internam vel uterinam non potest carere.

CAPUT II.

Historia partus humani animalisque, ſpeciatim quoad Separationem Funiculi umbilicalis.

§ 7.

Difficile ſatis eſt, in modum rationemque inquirere, qua funiculus umbilicalis ferorum animalium ab ipſo corpore ſeparatur, quum adhuc multa de horum animalium oeconomia lateant, et hoc inprimis caligine adhuc tegitur. Haec quippe animalia homines non ſinunt accedere, ſi etiam pullos non habent; ea vero ſaevire videmus, omnique modo arcere hominum praeſentiam, hosve effugere, quando proli curam gerunt, vel in ipſo partus actu verſantur.

Apud animalia domeſtica varia ratione funiculus umbilicalis ab ipſo ſeparatur corpore: ordinario abrumpitur vel dentibus abſcinditur; rarius autem homines illum cultri ope ſecant. Haec enim operario ſine hominum auxilio adeo eſt frequens et cognita ut nullus fere auctorum qui artem obſte-

tri-

triciam respectu ad animalia domestica descripserunt hac de re vix mentionem fecerit (7).

In

(7) Nonnulla quoad equum Doct. G. F. Sebald habet (in suo tractatu cui titulus est: *Volständige Naturgeschichte des Pferdes* etc. *Ansbach* 1815. pag. 195) et quidem his verbis: *Fängt nun das Füllen an, zu athmen und sich zu bewegen, so nimnt die Geschäftigkeit der Stute zu, und durch ihr Bewegen, Drehen, Wenden, oder durch 's Auffpringen zerreist auch die Nabelschnur und keine menschliche hand ist so geschickt diese so wie die häute, so leicht, so sicher zu lösen. Nur wenn die Nabelschnur, auf diese weise nicht abreissen will, so muss man sie, mit einem schmalen Bande oder Bindfaden, einem starken Daume breit, vom Bauche des Füllens angerechnet fest unterbinden, indessen hat das selbstige abreissen viele Vorzüge vor dem Abschneiden.* Apud ovium pullos non nisi in casu abnormali funiculus umbilicalis secatur, Daubonton, *Onderwijs voor den Schaaphoeder*, *Amsterd.* 1791 p. 115. Idem est dicendum de vaccis, quamvis Doct. Eberhard hac de re fere non loquatur in egregia sua commentatione *Verhandeling over het verlossen der koeijen enz. Amst.* 1793. Et omnino conferri meretur J. le Francq van Berkheij, *Natuurl. Hist. van het Rundvee in Holland. Leiden* 1803. *4de Stuk. pag.* 337.

In plurimis animalibus ſponte disrumpitur funiculus pro parte tantum et tunc ulterius dentium ope illam partem ſeparant. Haec autem omnia locum habent ante evulſionem placentae (8).

§ 8.

Funiculus apud homines non ſponte potest disrumpi, quia apud illos, multo est longior et robustior, tunicae tam arteriarum quam venarum ſunt for-

(8) Omnia fere ruminantia animalia, placentam ſtatim post ejus eductionem comedunt et devorant: et pluries jam disputatum est, utrum hoc, morbos procreare, num vero ſalutare esſe posſit. Si autem animadvertamus, ordinario animalia ſanitatem conſervare, commesta licet placenta; et ſimul nuperius pulverem placentae exſiccatae datum esſe ut Emmenagogum, et praecipue ad promovendam eductionem placentae, quam natura non perfecerat (quod in pluribus caſibus optime ſuccesſisſe, plures hujus Provinciae praeclari Medici viderunt); potius ſtatuendum nobis videtur, inſtinctum animalibus ut ſalutiferum hoc docuisſe quibus accedit quod probabiliter devoratio illa in ſtatu fero intendat ad tollendam exhalationem, qua rapacia animalia nidum forte quaerere posſent et invenire.

fortiores, magis compactae melius inter se cohaerentes et infans jam natus suo pondere potius ipso umbilico vel utero gravia afferret mala quam quod funiculus separeretur.

Tres itaque supersint viae, quae ut norma naturalis partus possent proponi:

I. Infans apud matrem remaneat, donec placenta educta sit, et cum ea, funiculi umbilicalis ope, manet conjunctus, usque dum sponte ab umbilico solvatur.

II. Vel infans post eductam placentam, ab ipsa est separandus, funiculum secando.

III. Vel tandem funiculus umbilicalis secatur, tempore, inter partum infantis et eductionem placentae.

§ 9.

Quodsi primum ponamus casum, in quo funiculus ipsâ naturâ, ut mortuus et sic dein inutilis separatur, varia tunc incommoda percipimus. Non diu enim post partum infantis, ac brevem quietem, uterus novis et iteratis contractionibus expellit placentam, ordinario hoc fit, licet adsint casus, ubi plures quidem per dies secundinae remanent: si jam infans per totum illud tempus cum matre se-

ſecundinarum ope maneret conjunctus, tenere illud neonati corpus multis potentiis nocentibus exponeretur, difficile valde eſſet a ſmegmate ac immunditiis illud depurare ac frigus arcere. Et ſi jam talia infans pateretur, quid quidem mater? Haec autem pro parte quidem liberaretur placentâ eductâ: jam vero infans adhuc cum ſecundinis manet conjunctus, per 4—9 dierum tempus, quo pars funiculi disſecti ordinario indiget, ut ſuppurationis via ſeparetur: ſecundinae ipſae per tantum temporis ſpatium cum infante unitae tandem legibus chemicis obedientes, odorem ſpargerent foetidisſimum et inſalubrem vitaeque ſic neonati inimicum.

Quoad ſecundam agendi methodum, quae infantem ab ipſis ſecundinis ſeparare docet, funiculum ſecando poſt eductam placentam iisdem fere haec premitur difficultatibus, quibus laborat praecedens, ſi ea excipias, quae infanti adhuc minantur ab ipſa placenta, quia in hoc caſu per ſectionem funiculi haec amovetur.

§ 10.

§ 10.

Haec autem enumerata incommoda pluraque forte alia non ab una aliave propoſita methodo nos abhorrere debebant, ſi utiles ejus effectus ac ſequelae majoris esſent momenti, quam difficultates et incommoda, ex quibus forte profluerer utilitas. Nullum autem in una neque in altera enumerarî potest emolumentum. —— Quid autem de tertia agendi methodo, ſectione quippe inſtrumenti ope funiculi umbilicalis inter partum infantis illumque placentae, cenſendum ſit jam videamus.

Viam hic monſtrat analogia, cum animalibus. Hanc autem ſequentes, non nimis audaciter debemus procedere; ſi enim in aliis rebus prudenter nobis est verſandum, dum animalium vestigia premere cupiamus, illud praeprimis fiat in omnibus, quae in investigando generationis negotio, obtinent. Multa quippe dantur in ſibi ſimilibus procreândis, quibus homines ab animalibus diſcrepant. Organa generationis alius ſunt ſtructurae formaeque in hominibus, aliusque in animalibus. Uterus in homine magis est robustus, compactus et for-

tis, conſtat celluloſa ſtipata et fibris muscularibus intermixtis. Uterus apud mammalia differt, quoad texturam (9). In pluribus animalibus, quae modo unum vel duos pariunt pullos, uterus est ſimplex, ordinario formae ovalis vel triangularis, v. c. in ſimiis, Bradupis et Edentatis. Uterus bicornis invenitur apud Ruminantia, Solidungula, Porcos et Cetacea. Haec animalia et quidem imprimis porcorum genus, ordinario ſimul et ſemel plures pariunt pullos. In Hyaena uterus invenitur duplex, duabus aperturis praeditus, in vaginam exeuntibus; non raro enim in uno utero, embryon jam perfecte formatum est, dum alius fetum continet in initio formationis adhuc. In Didelphibus et quidem maxime Oposſum et Cangourou (*Didelphide gigantea novae Hollandiae*) uterus tribus vel quatuor conſtat cavis. Ovaria mammalium quamvis numero diverſa, tamen forma conveniunt cum humanis. Funiculus apud humanum fetum conſtat una vena et duabus arteriis, inter ſe gelatina Wartoniana et celluloſa junctis, quae celluloſa et gelatina hic etiam majori copia inveniuntur, quam apud animalia; dum et ipſa vaſa ſint fortiora: in quibusdam au-

(9) Cf. D. F. Tiedeman, *Zoologie* T. I. *pag.* 279, *Landshut* 1808.

autem animalibus duae obſervantur venae, quae ſunt laxiores et ſolito tenuiores. Vaſa arcte juncta apud humanum fetum, ad placentam decurrunt, et ibi quam proxime ad illam, a ſe invicem discedunt, ſubſtantiam ejus perforantia, ibique in ramos disperguntur; quod non ita apud animalia invenitur, ubi placenta non tam compacta ac rite celluloſa juncta est, haec enim potius conſtat, pluribus placentulis *cotolydones* dictis; quare etiam vaſa umbilicalia, prius jam a ſe invicem discedunt ac in ramos abeunt, dum quodlibet vas ſuam placentulam vel *cotyledon* petit.

§ 11.

Menorrhagia vix ullo Bruto propria, multum, ad ipſum procreationis negotium conferre videtur; obſervamus ſcilicet, feminam brevi post menſtruationem ad ipſum conceptum magis *aptam* esſe; quamvis tamen menſibus fluentibus, aut breve ante illud tempus, quo ſolent prodire vel etiam ſi nondum menſtruaverit, conceptioni capax esſe posſit. Animalibus cumert ſtatutumque datur tempus, quo ad conceptionem et procreationem ſunt capacia; illo enim tempore praeterlapſo, vix ulla

datur ad coitum inclinatio, et ſi etiam in rariore caſu locum habet, foecundus non est. Tempus illud amorum, diverſo anni tempore apud animalia obſervatur: ita menſibus Martii et Aprilis, feles, menſe Februarii lepores ardent et ſibi ſimiles procreändis capaces ſunt.

Multa ergo adſunt obſtacula et multae differentiae homines inter et animalia, quae nos impediunt in animalibus ſequendis. Praeter dicta, alia ergo adhuc accedere debent adminicula, ut haec analogia certior reddatur. Hic igitur conſulamus historiam humanì partus, ab antiquisſimis inde temporibus.

§ 12.

Praeter Philoſophiae et Historiae naturalis tam diu admiratum Patrem, ARISTOTELEM, qui pluribus hac de re jam mentionem fecit (10); ex eo

---

(10) Aristoteles *de animalibus historiae Lib. X. Textum recenſuit* J. C. Scaligeri *verſionem, deligenter recognovit commentariumque adjecit* J. G. Sneider T. II. Cap. IX. pag. 314 ſequentia habet: *Quemadmodum ſecandus ſit umbilicus pars est non impruden-*

eo etiam patet funiculi ſectionem et ligationem rem momentoſam a veteribus fuisſe habitam, quia HIPPOCRATES totum obſtetricum officium ὀμφαλοτομίαν vocavit (11) et ARISTOTELES quo-

---

dentis obstetricum. Neque enim ſola dexteritate opus est, ut juvare posſent mulieres, quae aegre pariant, ſed etiam praeſente animi ad ea quae evenire queunt et ad umbilicum infantum vinciendum. Etenim ſi ſimul ſecundinae procidant umbilicum lana ligatum ſeparare, a ſecundinis cautio est. Tum ſupra ſecatum quoque nexum est, coälescit atque inde quod non continuatum est, decidit, quodſi [vinculum disſolvatur (antequam conſolidetur umbilicus addit verſio Alberti*) perit infans effluente ſanguine.*

Quodſi non ſimul exeant ſtatim ſecundinae, ſed intus ſint, infans autem foris proſiditur, obligato umbilico.

Saepe autem factus est, ut videretur nasci infans mortuus, cum eo infirmo in umbilico et partes circumſitas efflueret ſanguis priusquam ligaretur, verum peritae artis obſtetrices exprimunt intro ab umbilico ut ſtatim infans quaſi prius exſanguis rurſus revixit.

(11) Conf. N. van der Eem, *Disſ. inaug. de artis obſtetric. hodiernae etc. Lugd. Batav.* 1783 *p.* 75.

quoque monet in secando et deligando infantis umbilico prudentia requiritur et peritia.

Inter populos incultos, habitatores insulae JAVAE funiculum instrumento secante, a placenta sejungunt neque tamen hunc ligant (12) quod et de multis aliis populis incultis constat.

Si autem ulterius in antiquissimorum populorum ritus moresque inquiramus, apparet; ante multa saecula, homines jam funiculum umbilicalem secasse. Illud nimirum quod legitur in sacro codice apud Prophetam EZECHIELEM cap. XVI. commata III et seq. non aliam habere videtur significationem: *Dicens, sic ait Dominus JEHOVAH urbe Jeruschalmaicorum, commercia tua, adeoque geniturae tuae sunt e terra Cenahanaeorum, quasi pater tuus sit Emoraeus, ipse et mater tua Cithea.*

Nam ad genituras tuas, quo die genitus fuisti non fuerat praecisus umbilicus tuus et aquis non erat lotus quum aspexi te neque sale fueras condyta nec fasciis eras fasciata. Antiquiores autem non habemus relationes, quibus patere posset

(12) F. B. Osiander, *Neue Denkwürdigkeiten*, I. *Band Bogenzhal zweyte* pag. 327.

ſet, num etiam; uti tempore hujus Prophetae, aliis populis pro miſero et derelicto haberetur infans, cujus umbilicus non fuerat praeciſus.

§ 13.

Ex omnibus autem dictis concludere licet quod Natura ipſa homini quaſi digito monſtrat inſtrumentum ſecans ad artificialem ſeparationem. Jam vero adhuc quaestio tollenda est, de optimo temporis ſpatio et optima hac in re procedendi methodo.

CAPUT III.

Pravae ſequelae profluentes ex perverſa agendi methodo, a quibusdam auctoribus propoſita.

§ 14.

Ex praecedentibus jam apertum est, apud animalia rumpi vel dentibus abscindi funiculum umbilicalem, apud homines ab antiquisſimis inde temporibus ſectum fuiſſe. His autem homo nondum contentus, ſuoque officio non fungi putans, ſi naturae rem committit, artem in auxilium vocavit, naturae quaſi vitiis occurrere cupiens, quamvis illa, recto tramite fere ſemper obambulat, ac nos, non ſatis ad hujus ſapientis ducis viam attendamus; difficilis hinc ſemper res manet, momentum illud rite indicare, quo ars naturae vires ſupplere debeat.

Ab antiquisſimis ſcilicet temporibus, quemadmodum § 11 videmus, Arabes, Judaei, Javani aliique populi ſola *Sectione* funiculi contenti fuiſſe vi-

videntur, de *ligatione* faltem prorfus non conftat; hanc vero, tempore ARISTOTELIS Graeci fectioni jam addidebant, illamque non minimi momenti obftetricis auxilium aestimabant.

§ 15.

Verfus finem feculi decimi feptimi JEAN FONTANI(13), eximius anatomicus, in dubium iterum vocavit necesfitatem, abfolutam funiculi umbilicalis ligationis. Post illum Cl. MICHAËLIS ALBERTI(14), et SCHULZE(15), medicinae Profesfores hoc tempore in academia Hallenfi, eandem cum FONTANI opinionem defendere co-

(13) C. f. *Dictionnaire des Sciences medicales, Parifiis* 1813, T. VI. pag. 340 et feq.

(14) Vide *ejus Disfertationem de Funiculi umbilicalis neglecta alligatione in caufis infanticidii.* Halae 1733.

(15) *Ejus Disf. An umbilici deligatio in nupernatis abfolute fit necesfaria?* Halae 1733.

conati ſunt. Fundamentis tam certis ac rite fundatis eorum opiniones nitebantur, ut Phyſiologi, illius aevi, omnes jam concederent, in infante rite respirante, non neceſſariam eſſe funiculi ligationem. Nulli vero obſtetricantes hanc, viam, funiculum nempe non ligare, ſecuti ſunt; nonnulli praejudicio, alii nimis oraculo veterum addicti, alii aliis iterum rationibus retinebantur.

Huic normae procedendi, ligationi nempe funiculi, plurimi morbi a nonnulis auctoribus adſcribebantur ſoli humano generi proprii, et inter hos praeprimis variolae. Nullo autem modo certum est, Arabes hanc ligationem, ut cauſam variolarum habuiſſe quamvis nonnulli auctores (16), hoc ſta-

(16) Cf. Doct. van der Eem, *Disſert. inaugural.* l. c. p. pag. ult. Cl. Gardien *Traité complet des maladies, des Filles, Femmes et Enfans.* *Parisiis* 1816 T. III. pag. 28 ſequentia habet: *Mais il seroit ridicule de penser que par cette precaution on peut mettre l'enfant à l'abri de la petite-verole, de l'ictere ou jaunisse, qui affecte presque tous les enfans des les premiers jours, des croutes lacteuses, des convulsions, du tetanos, en elevant le germe de ces maladies, que les*

ſtatuant. RHAZES enim ne verbo quidem de hac re mentionem fecit.

Archimendrita quidam (vel monachorum praeſes) BIZANTII, in diario *Gazette de ſanté*, anno 1775 et anno ſequente medicinae Prof U. C. SALCHOW tanquam optimum variolarum prophylacticum, promulgabant ut antequam funiculus ligaretur, omnis ſanguis qui inter abdomen fetus, et locum conſtringendum, contineretur accurate emulgeretur, quo ſperabant, fore, ut morbus ille varioloſus, cujus fomitem in ſanguine corrupto ponebant feliciter deleretur (17). Ejusdem opinionis erat Doct. CLAUDE DE SARTON, anno 1800 quum *viro Excell*: cui cura rerum interiorum regni, erat demendata, (*Minister van binnen-*

---

les medicins arabes croijent resider dans cet humeur, soit dans le sang, qui se corrompent. La petite-verole, la croute lacteuse se declarent, à une epoque trop reculée de la chute du cordon, pour avoir avec la corruption du sang contenu dans ses vaisseaux une correlation d'une cause a effet.

(17) Conf. v. d. Eem *diss. inaug.* l. c. p. 80.

nenlandsche zaken), proponebat ubique suadere. sanguinem ex umbilico emulgere; ut variolae arcerentur (18).

§ 16.

Etiam huic sententiae addictus erat, Doct. MESMER (19), cujus argumenta desumta sunt ex analogia, cum animalibus, quum haec instinctu naturali ducta, sibique relicta, devorant secundinas; imo illa, quae ordinario nunquam carne vescuntur, demordent funiculum si nondum sit disruptus, parvam ex umbilico sanguinis stillantis quantitatem delingunt quod continuant ad plenariam umbilici sanationem usque. Dein citat locum quem et nos jam citavimus, *Prophetae* EZECHIELIS (§ 12, *Cap. praec*:) cui sequentem addit expli-

(18) Gardien, *Traité complet* etc l. c. T. III. p. 129.

(19) *Con. f. Doct.* F. A. Mesmer, *Mesmerismus, oder system. der Wechzelwirkungen. Theorie und Anwendung des Thierischen Magnetismus. Berlin* 1814. pag. 344 et seqq.

plicationem: *Der Prophet* EZECHIEL *hatte zu zeiner Zeit dem judischen Volke den Vorwurf gemacht, dasf, obgleich es einstens von Kanaan herstamte, es dessen heilige Gebräuche verlassen habe, nemlich* es habe beij der Geburt den Nabel nicht abgeschnitten, und habe die Waschung unterlassen.

Er sagt, et quando nata es, in die ortus tui, non est praecisus umbilicus tuus u. s. w. *Aus dieser stelle wird es glaubwürdig, dasf die Juden zwar dasf Abschneiden, wieder eingeführt, doch aber aus nöthiger Vorsicht den Nabel zu gleich gebunden haben. Durch die Zeit war bey der Geburt, das Binden bey-behalten, und das* blosse Abschneiden *aus Erfurcht für das Wort des alten Gezetzes im ganzen Orient bey Juden und Mahomedanen aller Sekten bis jetzt fortgezetzten* Gebrauch der Beschneidung *verwandelt. Das Waschen ward gleichfalls bey behalten. Und beyde Arten dieser Behandlung, wurden nachdem man die eigentliche Absicht des alten Gezetzes aus dem Augen verlohren, ohne Rücksicht auf die Geburt als blosse Symbolische Zäremonie der Einweihung in die Religions-parthei beibehalten.*

Bey Einführung des Christenthums ward das Binden als eine nicht zu vernachläsſigende Regel der Kunst, bey der Trennung des Kindes von ſeiner Mutter anbefohlen, und ein leichtes Waſchen, abgeſondert von der Geburt, nach dem alten Gezetz als Zäremonie zur Iniziazion in das Christenthum angenommen Hieraus entſtand die Taufe, und die Beſchneidung wurde verlasſen, indem in neueren Zeiten in den Christlichen 70 Auslegern der heilige Schrift, dasſ non est praeciſus umbilicus tuus *die Beſchneidung nemlich in Unterbindung, in* non ligasti *verwandelt worden ist.* Vix autem ullum ſuperest dubium, quin male huncce textum interpretatus ſit Doct. MESMER; namque e genuinis Prophetae verbis, comparatis cum eo, quod in univerſo Cap. XVI populo Israelitico manifestare voluit JEHOVAH, abunde patet, funiculi ſectionem iis in conſtanti fuisſe uſu, ac pro miſerrimo et derelicto prorſus haberi infantem, cujus umbilicus haud fuerat praeciſus.

§ 17

§ 17.

Doct. MESMER porro ex historia antiquissimorum populorum, quae de variolis nihil refert, nec non gentium incultarum, quae hoc morbo, saltem per contagium non communicato, non laborant; et quia nulla animalium species praeter hominem his corripitur, concludit:

I. Morbum illum variolosum ab initio naturae opus non fuisse, neque ejus causam homini esse innatam, hinc ex proprio organismo productum non posse dici.

II. Causam revera quaeri debere in accidentali quadam modificatione ac materia.

III. Hanc materiam ex iisdem circumstantiis ex eademque natura ortam esse.

IV. Morbum porro ipsius hominis esse opus, quia statim post partum affectionis capax est.

V. Tandem, quia sine dubio in hominum nascendi modo nulla existat differentia, ex omnibus concludi posse, in sola methodo, secundum quam partus locum habet, hujus mali, et simul plerorumque malorum fontem esse quaerendum.

Apud omnes populos cultos, ita pergit, lex viget et confuetudo, quod, ftatim post infantis nativitatem, et *antequam placenta prodierit*, funiculus duplici ligatura circumdetur, faltem pars infantis abdomini proxima; dein fecante inftrumento tollitur communicatio, quae hucusque infantem inter et placentam vigebat; fanguis contentus vafis umbilicalibus intra funem et hepar infantis, qui jam non amplius miscetur cum tota masfa fanguinis circulatorii, nunc evadit materia heterogenea, in fubtilem putredinem animalem, omnium infinitorum graduum, prona, miasma fubtilisfimum virulentum producens, quod in initio hepar, et dein totam humorum masfam diverfimode afficere valet. In hepate nimirum, rudiori fenfu, confpicuae laefiones oriuntur infarctus ex retenta bilis fecretione; inde icterus, dolores colici, diarrhoea, dyfenteria, affectiones arthriticae, exanthemata, et fimilia: inde porro difpofitio ad omnes morbos fystematis biliferi, horumque fequelae per totam vitam, et tandem post miferam vitam mors praematura. Ita germen futuri morbi, primum miasma, ex quo peculiares formae prodeunt, infans cogitur in corpus recipere, ibique tam diu confervare, donec ferius ocius particulariter vel magis in genere

erum-

erumpat. Nonne, ita tunc quaerit, prima variolarum origo hac in re posset esse sita? Quando semel in suo tramite natura est interrupta, effectus non amplius indagari et ad solitum calculum reduci possunt. Productum miasma tam diu, in sanguine vel tenuissimis humoribus circumvehitur, donec rite attenuatum (assimilari enim nequit), occasione data, animalem quasi fermentationem, febre manifestam, efficere et per totum transpirationis organon educi valet. Virulenta qualitate subtilis hujus materiae, pori inflammantur, sic prodeunt ulcera, quae, si ad maturitatem pervenerint, exsiccatione tandem disparent. (23)

§ 18

(23) Eodem modo inter educationis principia, assumta est evacuatio sanguinis e secto funiculo ab optimo olim Salzmann, in libro suo cui titulus est: Koenraad Kiefer, *of aanleiding tot eene verstandige opvoeding der Kinderen (uit het hoogd.) Amst.* 1797 pag. 20—24: demonstrat, ex analogia cum animalibus funiculi ligationem non esse necessariam, quia in his non obtinet; dein variolarum et aliarum acrimoniarum causam adscribit sanguini remanenti in funiculi parte ligaturam et umbilicum inter, quum nimis cito, circulatione nondum finita, obstetrices fune circumdare solent funiculum umbilicalem.

§ 18.

Haec principia, quae ſtatuit Doct. MESMER, etiam ſecutus est Doct. ZIERMANN (24), qui etiam multos eosque graves morbos celeri funis umbilicalis ligationi adſcribit, his verbis: *Sobald das Kind aus den Schoos der Mutter hervorgetreten, aber noch ehe es völlig gebohren ist, unterbinden wir, einige wenige Fälle ausgenommen, die Nabelſchnur, und ſchneiden ſie ab. Wir unterbrechen und hemmen dadurch plötzlich den Kreislauf und die feinere Lebens-Strömung zwischen der Mutter und dem Kinde. Es entsteht eine Verwirrung, ein momentaner Stillstand, eine Erlähmung, eine heftige Erschütterung der innerlichen Organiſation. Wir zwingen das Blut plötzlich eine andere Richtung zu nehmen, und mit vollen Strohme in die Lun-*

(24) Dr. J. E. Ziermann, *Die naturgemäſse Geburt des Menſchen oder Betrachtungen über zu frühe Durchſchneidung und Unterbindung der Nabelſchnur.* Berlin 1817. pag. 23 et ſeq.

Lungen einzudringen, wir zwingen die Lungen diese zart gewebten, für äusſere Eindrücke ſo äusſerst empfindlichen Werkzeuge, plötzlich eine Geſchäft zu verrigten, wozu ſie noch nicht fähig ſind. Es entſtehen dadurch plötzliche Ausdehnungen, Erweiterungen der einen, Zuzammen-presſungen der anderen Theile, Schmerzen die das Kind durch ſein Geſchreij zu erkennen giebt, Angst, Beklemmung, Erſtickung, Schlägfluſſ und wegen Mangel der überſtrömenden Lebens-Geister, Schwäche, Unthätigkeit, Scheintod. In den Gefäsſen des Unterleibes beſonders in der Leber, und den ſogenannten Pfortaderſyſteme enſtehen Stockungen, denn der Kreislauf in dieſen Theilen wurde gehemmt und unterbrochen, noch ehe ſich die Masſe des in ihnen kreisſenden Blutes, mit der Circulation in den übrigen Theilen gleich geſtellt und ausgeglichen hatte.

§ 19.

Dein Doct. ZIERMANN, pergit in explicando diverſas cauſas variorum morborum in ligatione funiculi reſidentes. Ita in hac quaerenda esſet

caufa obftructionis viscerum abdominalium, praeprimis hepatis. Ex horum organorum obftructione manca evadit nutritio, apud infantem prae ceteris vigens, quae quum in actione fua impeditur, multa hinc infanti portendit mala; quia in his et in genere in junioribus vita vegetativa valde est activa. Hepar porro est organon momentofum, quia nocivas partes e fanguine amovet: tota illa fanguinis masfa, quae intestina abdominalia petit, fuumque vitale principium, oxygeneum nimirum, illis partibus impertit, ex his iterum carboneum, hydrogeneum, atque azoton recipit, quo fanguis evadit quafi fupercarbonifatus et fuperhydrogenatus, antequam ad ipfum cor et pulmones pervenit, hepar intrat, ibique fuperfluam carbonei hydrogeneique copiam relinquit, qua bilis, utilisfimus ille humor, fecernitur, ac ita, hoc praestito officio, quafi pro parte depuratus cor petit, intrat exin pulmones ibique cum oxygeneo vitae pabulo de novo conjungitur; et fic hepatis momentofa functio ejusque cum intestinis commercium clare patet.

§ 20.

§ 20.

Asphyxiae neonatorum caufam celebres Medici (HUFELAND, GIRTANNER aliique) in nimis celeri infantis a matre feparatione quaefiverunt. Eidem methodo procedendi *trismi* maxillae inferioris caufam adfcribunt.

Convulfiones ac *horripilationes* infantis neonati faepe profluere posfunt ex caufa quadam ftimulante; fordibus acido primarum viarum, vermibus aliisque; fi autem tales caufae non adfunt vel faltem non detegi posfunt, nonne tunc malae funiculi tractationi adfcribi merentur?

Ipfae *Aphthae* ftatim vel non diu post partum prodeuntes probabili ratione tanquam critica excretio et falutare naturae conamen confiderari posfunt.

Eryfipelas infantis neonati, non nifi umbilici regionem occupans ibique fat vehemens, faepe lethali exitu comitatus; fic etiam *Ophthalmia*, *Icterus*, *Morbi Exanthematici*, *Atrophia*, *Tabes*, fimiliaque a nonnullis funiculi ligationi adfcribuntur.

CAPUT IV.

Epicrisis eorum, quae in praecedente capite, ut totidem pravae sequelae Omphalotomiae, sunt propositae.

§ 21.

Tam multi et graves effectus ligationi, praeprimis autem non sufficienti sanguinis ex funiculo evacuationi, adscribuntur. Tempus sane perderemus, si quamcumque hypothesin, ab humano ingenio facili negotio productam, anxie semper investigaremus: haec autem Theoria nimii est momenti ob subjectum de quo agitur, de homine nempe ejusque sanitate; dum etiam huic opinioni ac agendi methodo Viri in arte Clarissimi, ob scientiam et mores venerandi, plures sunt addicti ut protectores et imitatores, quam ut uno tantum verbo propositionem ab ulteriore inquisitione rejicere auderemus. Si etiam concederemus totam illam theoriam esse meram hypothesin, tunc ab altera par-

parte est fatendum, nos multa nunc phaenomena eorumque caufas, ante aliquod temporis fpatium adhuc denfisfima tectas caligine, vel omnino rejectas, talibus debere hypothefibus et nunc probare; et ceterum variolarum, aeque ac plurimorum morborum, caufa nunc adhuc omnino latet et univerfum fere generationis negotium ac vis vitalis actio infantis ante, fub et post partum: quapropter gratisfima manu omnia funt accipienda, quae vel minimam lucis fcintillam pollicentur vel afferunt.

§ 22.

Plures fane inveniuntur obfervationes infantum, fumma et accuratisfima prudentia ex methodo, in capite praecedente allata, tractatorum, qui nihilominus a variolis non manebant immunes. Sed et hae obfervationes, fi esfent quoque rite probatae, hanc Theoriam nondum refellunt: difpofitio quippe ad variolas hereditaria esfe potest, et quidem forte per multas generationes perdurare, quemadmodum color Aethiopum fufcus quinta demum generatione omnino evanescit, fi albi homines per illud tempus cum nigritis femper matri-

trimonium iniverint. Etiam in libris cl. MEAD, MAURICEAU, VAN SWIETEN, MURRAY, aliorumque exempla reperiuntur infantum, qui nascebantur cum cicatricibus variolarum, quas matres durante graviditate fuerant perpesſae. Hic autem aderat cauſa occaſionalis, contagium nempe, dum cauſa praedisponens variolas recipiendi in omnibus adesſe potest.

§ 23.

Porro varia hepatis vitia, uti icterus ſimiliaque, uſitatae nunc generaliter funiculi tractationi adſcripta legimus. Hujusque certe organi morbi non parvi momenti aestimandi ſunt, quia maximae in corpore est utilitatis: quod patet non ſolum ex momentoſa ejus functione, nempe formatione bilis; ſed etiam quia in toto fere animalium regno ſemper adest, ita ut carere animal eo nequeat, ad ſanam vegetamque vitam trahendam.

Hujus organi functiones inter et ſanguinis circulationem arctisſimum est connubium ope funiculi umbilicalis. Tota quippe ſanguinis masſa, quae foetui ad nutritionem et vitae ſustentationem

adeo

adeo est necesſaria, ante nativitatem hepar transit quando ad cor nondum pervenerit, et tunc revera jecur, ut organon depuratorium, pulmonum adhuc quiescentium vices ſupplens, conſiderari potest. Statim post partum, ligato funiculo, ſanguis viam ordinariam non diutius ſequitur, et hepar huic tramiti asſuetum facile in ſua functione posſet perturbari, praeprimis ſi haec mutatio ſubito accidat. Perverſa igitur funiculi tractatio primos ſuos effectus facile in hepar exſerere potest. Morbus jam primarius ſi talis oriatur est ſine dubio *icterus* momentoſus tunc ſaepe, ob idiopathicam affectionem momentoſi organi. Hic morbus in ſuperabundantia vel etiam perverſa bilis mistione cum ſanguine et ceteris humoribus conſtat, quae, vel abſorptionis negotio cum ſanguinis masſa conjungitur, ſi hepar, morboſe affectum, e ſanguine circulante illam non ſecernit.

Cauſae hujus morbi remotae ſunt: morbi hepatis idiopathici, ſpasmi, ſtimuli gastrici, animi affectus, ſimilesque. Inter excitantes cauſas jure numerantur obſtructiones mechanicae veſicae felleae et ductuum hepatis, compresſio mechanica partium vicinarum, vitia ſanguinis quoad ſuas partes conſtituentes, prae ceteris carboneum et hydrogeneum in hoc ſuperabundantia, perspiratio ſuppresſa ſimiliaque

que. Revera hic bilis nimia adest copia vel ob quoddam obſtaculum ad chymum non defertur. Sanguinis tunc masſae addita, in minima vascula tranſit, et ſic ille flavus oboritur color, per integumenta transparens, quae autem praecipue in facie ac oculi chorioidea tunica ſe declarat. Facile etiam hepar ſympathica ratione, cute morboſe affecta, in conſenſum rapitur; quae cauſa apud infantes neonatos ſaepe accuſanda est, quibus icterus familiaris est morbus.

§ 25.

Inter cauſas hunc morbum apud infantes producentes, inprimis ſane recenſeri debet cutis refrigerium. Quum autem adeo facile quaevis cauſa ſympathica icterum producere valet, eo facilius hinc ex idiopathica affectione oriatur necesſe est; vel ratione directa, ſanguine retento in ſystemate portarum, vel indirecta, ſystemate venoſo nimiam ſanguinis quantitatem in ſe retinente, quando arteria hypogastrica illam non potest emittere, et haec plethora noxas majores afferre debet, eo tempore, quo prelum abdominale per respirationem agere incipit.

§ 26.

§ 26.

Post icterum *Doct.* ZIERMANN aliique *Asphyxiam* huic generali hodie asſumtae funiculi tractationi adſcribunt. Multae autem aliae cauſae asphyxiam neonatorum producentes enumerari posſunt. Oritur nimirum ſaepe ab interrupta circulatione, et ſanguinis ad caput et pectus congestione, qua cordis motus impeditur, quaeque ſimul nocere potest post partum respirationi necesſariae: contraria cauſa est ſanguinis jactura, quando asphyxia ſic dicta asthenica locum habet. Respiratio porro ſaepisſime impediri et ſic asphyxia produci potest obſtructione tracheae, ob mucum in ore vel faucibus, ſive per humores matris effluxos in os infantis apertum. Adesſe demum potest quaedam inactio ac torpor organorum respirationis, quo ſanguinis mixtionis defectus idiopathicus ſequitur: porro nova inſolita impresſio aëris, caloris vel frigoris, vestimentorum, in genere novi mundi in ejus ſuperficiem; et denique nimis celeris a calida matris atmosphaera et vitali ejus latice ſeparatio,

tio, qui defectus nullo modo artificiali calore fuppleri potest. Haec omnia toti fuperficiei ftimulum conciliant, in vehementem tranfeuntem fpasmum cutaneum, quo omnes repelluntur humores et ob magnum confenfum facile fuffocativi imo apoplectici produci posfunt accesfus (25). Ex his ergo patet multas alias adesfe caufas, quae asphyxiam producere possunt: quare minus necesfe esse confugere ad talem quae valde adhuc est hypothetica.

Fere idem valet de ceteris morbis huic methodo adtribuendis. *Trismum* v. c. oriri videmus in valde fenfibili conftitutione, post quamcunque fortiorem et infolitum ftimulum, imo primarum viarum nimiam oppletionem. Porro laefa perfpiratio vel fordes primarum viarum, inprimis etiam munditiei defectus neonatis adducere folent *aphtas*. Neque et neonatorum *Ophthalmiam* derivare femper posfumus neglecta funiculi emulfione, fed potius ftimulo lucis, fumi, aliarumque materierum a quibus tam fac-

(25) De his caufis ac ingenere de Asphyxia neonatorum omnino conferri meretur egregia ac elaboratisfima Disf. aug. Doct. J. Baart de la Faille de Asphyxia speciatim neonatorum. Gron. 1817. p. 28-303

ſaepe hic morbus dependet. Ergo et hic regula confirmatur: *Post hoc, non tamen propter hoc.* Multos enim alios morbos adhuc recentes habemus, qui eodem jure huic adſcribi posſent cauſae; ita v. gr. *luis venereae*, *rachitidis*, *ſcorbuti* et multorum aliorum morborum homini ſoli propriorum cauſae, in obscuro adhuc latent; in quas ſi inquiramus, non abſurda prorsus vocanda esse videntur molimina Doct. MESMER, ZIERMANN aliorumque e perversa ſecandi et ligandi methodo hos morbos deducendi.

§ 27.

Refellenda nihilominus sunt aliqua fundamenta, quibus renovatam methodum ſuperſtruere conatus est *Doct.* ZIERMANN; quippe quae haud conveniunt cum ſana naſcentis fetus phyſiologia.

I. In eo doct. ZIERMAN a vero deflectit, quod ſtatuat, ſanguinem maternum ex ipſo utero per placentae ſubſtantiam ſe dispergere, et ita per funiculum umbilicalem fetum petere: quod omnino contrarium est hodiernae anatomicae ſcientiae,

D pro-

II. Placido et grato quodam ſenſu in lucem prodire debet, inquit idem auctor, et tamen fletibus et lacrymis nunc naſcitur infans. Haec tamen lacrymae et ſonus, quos infans natus edit, minime ſalutari debent pro vagitationibus et moeroris fletu, verum derivari ab aëre, vi quaſi et ſubito pulmones intrante, omnes muſculos concutiente, et ſic ſonum producente, qui flebilis eſt, quia alium edere non valet infans neonatus. Neque alia etiam adſunt phaenomena, e quibus patet infantem normaliter natum mundum uterinum cum dolore debere relinquere.

III. Facillime refutari poſſe videtur Doct. ZIERMANN, ſtatuens, per funiculi ſectionem placentae ſolutionem fieri difficiliorem. Ex conjunctione ovi cum ipſo utero ſatis patet hoc modo nullam haemorrhagiam oriri poſſe uterinam: ſtatim nempe post ſectionem vel rupturam funiculi ſanguis e ſola placenta effluit, dum ex ipſo utero plane nihil effluere poſſit. Neque etiam vaſa uteri per affluentem ſanguinem extenduntur; quia uterus tunc jam volumine valde eſt imminutus, quo etiam vaſa ſenſim magis contrahuntur. E contrario ſectionem funiculi umbilicalis ſolutioni placentae prodeſſe ſtatuimus, dum parva illa ſangunis quantitas, quae in placenta fetali adest,

adest, effluat; quo tota placenta citius collabitur, et ſic multo facilius ab utero separatur, quam ſi cum infante adhuc esſet conjuncta. Probat hoc porro ruptura funiculi in animalibus, durante partu, ergo ante ejectionem placentae.

IV. Idem auctor denique falſam de prima inſpiratione infantis fovere videtur ideam, cum credat aërem atmosphaericum modo ſenſim et gradatim pulmones intrare, et hoc in eadem quidem ratione, qua ſanguinis e placenta effluxus ad infantem diminuatur. Externus aër ita modo ſenſim inspiraretur, in eadem quantitate, qua oxygenatio ſanguinis infantis per placentam fetalem deſineret. Verum et hoc non ita ſe habet: prima valida infantis inspiratio quaſi uno ictu mutat circulationem ſanguineam: eodem momento, quo pulmones ab aëre extenduntur et incitantur, ſanguis illos intrat, ibi quaerens et recipiens principium ſuum vitale, nempe oxygeneum; ſimul autem nunc etiam nova circulationis incipit directio. Per aliquot quidem minuta adhuc ſanguis infantilis in placentam transit; illud vero nunc non amplius ex necesſitate ſit, ſed ex conſuetudine et quia vaſa funiculi in homine magis vitalia minusque putrefacta inveniuntur quam in animali-

 bus.

bus. Hinc etiam in animalibus post primam validam inſpirationem plane cesſat tranſitus ſanguinis ex neonato ad placentam: Et licet in homine post primam inſpirationem aliquid ſanguinis adhuc per funiculum ad placentam transeat, haec tamen quantitas nimis est parva, quam quod inde vivere posſet: proprius namque fons vitae jam ſunt pulmones, non amplius placenta; hanc ob rem ſuffocatione moritur infans, qui aliquoties respiraverit, ſed ex quodam obſtaculo in respirando perturbatur, illaeſo licet funiculo, et aperto ſanguinis transitu. Ceterum prima inſpiratio infantis nullo modo dependet a circulatione in funiculo, et infans, cujus funiculus valide adhuc pulſat, profundas et cito ſe inſequentes inſtituere valet respirationes, dum alius cum funiculo vix pulſante rarisſime ſaepe respiret; quod praecipue dependet ab organiſatione pulmonum, et totius corporis infantilis.(24)

Quam-

(24) Conf.. J. C. G. Jörg, *Schriften zur Beförderung der kenntnisſ des Weibes und Kindes im algemeinen und zur Bereicherung der Geburtshülfe ins Beſondere.* Leipſig 1818 T. II. pag. 150—157.

Quantumvis tamen haec omnia faciant ad debilitandam quodammodo novae methodi ſtabilitatem, neutiquam tamen eam funditus evertere ſufficiunt. Quam ob rem, in re incerta ſimulque momenti plenissima, omni opera eniti fas est, ne, naturae vestigia ultra quam par ſit relinquendo, in tenebris nimis certi progrediamur, nec artibus nostris veritati ſubſtituamus errorem.

CAPUT V.

Conclusio ad optimam agendi methodum.

§ 28.

Paucis jam consideremus viam et modum, quo maturus fetus suum maternum domicilium relinquit et mundum intrat. Quando graviditas ultimum terminum attigit, infanti necessitas incumbit uterum relinquendi, quia ambo poli in utero locum, quem tam diu per graviditatem occuparunt, subito commutant: ita ut vis contractiva in fundo agere incipiat, et se versus medium extendat, et extensiva e contrario in ostio haereat; sic oriuntur contractiones ipsius organi, *dolores* dicti, quibus ostium uteri sensim magis dilatatur, sicque propellitur fetus. Hae contractiones per se non dolorificae, dein tamen sensim increscentem producunt dolorem, ex renixu et compressione partium vicinarum: procedunt per

per intervalla, ne ſimul ac ſemel haec contrahendi vis exhauriretur, et ut quiete quodammodo restaurarentur vires. Tandem infans nascitur: nova jam illi oritur relatio cum rebus externis, et momento plenisimae in interioribus ejus partibus procedunt mutationes. Neque hic natura per ſaltus ſed lento tramite procedit. Tenere illud creatum non ſubito in mundum protruditur, ſed funiculi et placentae ope cum matre adhuc est conjunctum, eandem conſervat vitae relationem ad fontem ſuae vitae, quamdiu placenta interioribus parietibus adhuc adhaeret; quae non diu post ſolvitur et novis ſed lenioribus contractionibus prodit. Nunc demum partus plene est abſolutus, corporea nempe conjunctio matrem inter et infantem ſublata. Secundinae jam nullius amplius ſunt momenti, et obedientes legibus mortuae naturae in putredinem abeunt et decidunt. Aër interea cingens atmosphaericus pulmones intrat, atque hos ad reiictionem ſtimulat, qua aër jam asſumtus expellitur. Ab eo inde tempore, quo respiratio incepit, arteriarum umbilicalium pulſatio lente deſinit et ſenſim mitior evadit, donec tandem ſileat, quando respiratio rite procedit.

§ 29.

Respiratio ergo caufa est mutatae circulationis. Haec vero in uno infante citius, in alio multo ferius accidit: omnes ideoque infantes eodem tempore a matre feparare contra leges ac vias esfet, quas natura fequitur et nos ingredi jubet: quamdiu fcilicet minima adhuc fuperest pulfatio et calor in funiculo umbilicali, nondum inutilis ac fuperflua est ejus functio, et commercium hunc inter et infantem intercipere perquam nocivum est dicendum.

Quicquid etiam afferatur, ac fi univerfalis esfet et in omnibus asfumta methodus ipfisfimo fere nativitatis momento, funiculum fecandi, docent tamen, omnes fere hodierni, a cl. LEVRET inde, Obftetricantes, fectionem differre usque dum pulsatio arteriarum plane cesfaverit. Sed et iidem Obftetricatores *ligare* praefcribunt funiculum umbilicalem; quod natura non docet neque, uti vidimus (§ 12.) veteres, neque populi minus culti facere folebant, nec etiam requiritur in ftatu prorfus naturali. Arteriae nempe, propria vi innata, fe conftringunt ac clauduntur vel ad ipfum umbilicum vel loco, ubi fecantur, et

hoc

hoc eo citius, quo obtusiori instrumento sectio facta fuerit; et semel clausae nunquam iterum aperiuntur, si respiratio maneat immunis.

§ 30.

Errant vero etiam ab altera parte, qui semper et in omni casu, veteres vel minus cultos populos tanquam exempla sibi proponunt: qui enim rudioris naturae vestigia semel reliquerunt, hujus leges in omnibus non diutius sequi possunt.

Quanta quidem et quam multa sint commoda quae Culturae debemus, non tamen potest, quin magna etiam damna humano generi adduxerit. Cultioris itaque scientiae est, sanare vulnera, quae ipsa naturae inflixit. Si funiculus non ligabitur, tunc etiam cavendum, ne fasciae vel vestes, quae induuntur, sua pressione ipsam circulationem turbent. Dein ab omni parte persuasi esse debent parentes, ne haec illave conditio oriatur, quae eundem morbosum et noxium effectum posset afferre et fere semper infantem ante oculos habeant, necesse esset, usque dum omnis haemorrhagiae metus cessaverit.

Posſet quidem, aliquis contra haec inſurgere, dicendo: quodſi in tali accidentali caſu, ſanguis iterum arteriam umbilicalem petat, ille affluxus ad hanc partem, tunc naturae ſit ſcopus, et hinc neutiquam coërcendus; tale vero ratiocinium non procedit: nullus enim adest morbus e *temporea* et *rite inſtituta* ligatione ortus, periculum aequans jacturae ſanguinis et quidem ſanguinis arterioſi, tanti momenti in neonato, qui tam facile, parca tantum quantitate amiſſa, interficitur. Neque haec omnia pro hypotheſibus ac vaniloquiis habeantur: quoniam non multi ſunt obſtetricantes, quin horum viderint exempla. (26)

§ 31.

Quae dicta hactenus ſunt ſequuntur ex univerſali methodo, quam hac Academia docetur, atque in Noſocomio exercetur ars obſtetricia: utilisſima haec ſtudii medici pars, dummodo futuri obſtetricantes atque medici excitentur, ut ſemper ac ubique

(26) Cf. Stein ſenior, *Geburtshulsliche Wahrnemungen 2de Theil. pag. 7,*

que naturae vestigia premant, ac nunquam, nisi urgente necessitate, certissimam ejus actionem cujuscunque demum artis regulis subjiciant. Hinc etiam ad lectulos parturientium ligatura haud applicari solet, nisi post finitam omnem arteriarum pulsationem. Quid infantibus in nostro Nosocomio natis, sequentibus temporibus superveniat, ordinario prorsus ignoratur: tunc autem obnoxii sunt multis potentiis nocentibus, quando fere semper cum matribus, pauperiorem vitam degere sunt coäcti: illud autem temporis spatium quod ambo, post partum in Nosocomio adhuc degunt, trium nempe aut quatuor septimanarum, mortalitas infantum per omnia partuum genera esse solet uti 4: 100.

Rarissima quoque est medicaminum adhibitio, quoniam raro obveniunt morbi. *Ophthalmia*, qua subinde laborant neönati, si siphyliticae non est naturae, simplici aquae frigidae applicatione fere semper curatur; et *Icterus*, haud valde frequens, adeo benignus semper fuit, ut vix ac ne vix quidem medicamentorum usum postularet.

Verum a sectione funiculi curate observatur status funiculi, et tum demum quando veste solita induitur infans, ligatur.

Non

Non opus est quod moneamus partem funiculi maternam hic nunquam ligari: etiam quae methodus ab optimis Auctoribus merito fuit rejecta.

TANTUM quoad ipsam materiam, jam adhuc quaedam addamus Corollaria ex ipsa commentatione desumta, quae Thesium vicibus fungerentur.

COROLLARIA.

I.

Naturae, ut optimae ducis, vestigia in partu quantum potest femper funt fequenda ac tunc demum ars occurrat, quando a folius naturae auxilio, matri aut infanti majus periculum fit metuendum. Longe tamen abfumus, ut ftatuamus a lectulo parturientium exulari debere obftetricantis qualecunque officium; quod, quum animalibus domesticis vix denegari queat, homini praeprimis necesfarium est, propter ejus dignitatem, delicatiorem corporis fabricam, mores, culturam atque omne id, quo femina humana brutorum animalium praecellit.

II.

Nulli prorfus brutorum pelvis cavum est tam arctum atque incurvatum, quale contigit generi humano: quae fabrica, pro fummo quamtumvis beneficio fit habenda, ne gravisfima atque inevitabilia a corpore erecto exfurgerent mala, partum tamen necesfario reddere deberet multo difficiliorem, nifi vires propellentes accederent, e compactiori ac firmiori matricis fabrica longe eximiores. Atque adeo

adeo bona ac adaequata est renixus haec et virium proportio, ut partuum infeliciorum, si quis nostrae speciei prae brutis incumbat, numerum majorem vitae generi fere attribuamus, aut arti pravae aliisque, quibus humana societas hominem premit, miseriis.

III.

Praeter noxas e partu difficiliori oriundas, humanus etiam infans prae animalium pullis, pluribus nocentibus potentiis est obnoxius; luxuriae nempe, educationis physicae nimium artificialis, climatis, inediae aliisque vitiis; quae eo iniquius agunt, quo corpusculum ejus tenerrimum ejusmodi experimentis sustinendis minus sit idoneum. Ex plurimis hisce causis est, quod in tabulis publicis tertiam omnium natorum partem defunctam legimus in prima vitae periodo. Neque vero culturam solam mortalitatis hujus horribilis ferre culpam, exemplo patet plurium gentium, inter quorum infantulos mors vix minus crudeliter saevit, quam in cultissimo solet populo europaeo.

IV.

Quamvis quidem a priori intelligere nequeamus, quomodo in delicatulo infantis corpore transitus a vita uterina ad respiratoriam fieri possit absque vitae

vitae vel ſanitatis detrimento, duce tamen experientia, neutiquam concedimus Doct^{o}. ITH, ſtatuenti ſubitas illas molestasque mutationes necesſario valde debere esſe dolorificas, argumento petito e ſono neonatorum, ſtatim post partum flebili; hic enim ſonus meliori jure derivandus esſe videtur a prima impulſione aëris, ſubito motu pulmones extendentis: quo fit ut omnes fere musculi, et hinc etiam laryngaei, commotione quaſi electrica concusſi contrahantur; cujus motus coärctatio rimae glottidis vocisque eruptio ſequela debet esſe necesſaria. Hic vero ſonus, nullum quidem praeter fletus characterem habere potest, quoniam nullum alium producere valet mox natus infans; et ſi revera dolor in cauſa foret, neutiquam post unam alteramve respirationem vox cesſaret, neque perfectae valetudinis ac tranquillitatis ſigna manifestaret infans.

V.

Singularis inſtinctus, quo omnia fere animalia domestica, ne herbivoris quidem exceptis ac ruminantibus, impelluntur ad devorandas ſecundinas, ſuperſtes iis esſe videtur a ſtatu naturali ſylvestri; atque eum praeprimis in finem a natura fuisſe datus, ne putrida exhalatione animalia rapacia ad nidum ducerentur.

VI.

VI.

Quum in animalibus ſub ipſo partu rumpitur vel etiam, ſi quorundam testimonio fides ſit, dentibus abscinditur funiculus umbilicalis, in corpore humano, propter ipſam partium ſtructuram peculiarem, cultro ſecetur necesſe est. Hic dux et auctor nobis est ipſa natura, neque ullius emolumenti foret quin etiam eximias haberet noxas, ſecundinas cum corpore infantili relinquere connexas, usque dum ab umbilico ſepareretur funiculus.

VII.

Quia mutata circulatio, ut effectus respirationis, citius in uno quam in altero infante obtinet, ſequitur non omnes eodem tempore a matribus posſe ſeparari: cujus quippe ſeparationis terminus a ſola natura indicari posſit. Quam diu ergo minimus adhuc pulſationis et caloris in funiculo ſuperest gradus, hic tanquam utilis conſiderari, atque omnis festinatio pro perturbatione naturae haberi debet.

VIII.

In ſtatu naturali quamquam, post integram infantis respirationem, haud necesſaria prorſus ſit ſecti funiculi deligatio, neque hujus etiam monumenta

no-

nobis reliquit veterum aut incultarum gentium historia; prudentis tamen est hanc deligationem, in plurimis casibus haud negligere. Vestimentorum scilicet compressio et quicquid naturalem respirationis ac circulationis progressum retardare valeat, totidem causae esse possunt, quae per vasa vixdum emerita sanguinem denuo ducere possunt arteriosum, cujus minima quidem effusio infanti noxia esse debet et citissime letalis.

IX.

Quoniam nonnullorum morborum atque imprimis variolarum origo omnino lateat, in eo usque saltem a partibus esse possumus Doctissimorum virorum MESMERI et ZIERMANNI aliorumque qui statuunt, horum morborum fomitem non inepte quaeri in funiculi umbilicalis tractatione contranaturali: inprimis etiam quia plures res, pro absurdis quondam habitae, manifestissimo hodie notantur veritatis sigillo. Meretur quoque rei dignitas, ne alto supercilio rejiciamus salutifera eorum molimina, qui profundissimas tenebras scintilla quamtumvis parvula illustrare conantur.

X.

Quae in sacro codice legimus verba Cap. XVI comm. III et seqq. Prophetae EZECHIELIS

(cf. diss, § 12) neutiquam ex mente MESMERI sunt interpretanda: Patet exinde quod, licet secti funiculi veterum historiam admodum illustrent haec verba, nihil tamen conferant ad normam naturalem cognoscendam: ut pote quam accipere debemus a prudenti ratiocinio, certa experientia suffulto.

XI.

Errare videntur, qui asserunt sectione funiculi difficiliorem reddi; solutionem placentae dum e contrario huic prodesse sustinemus, quia effluxa parca illa sanguinis quantitate, quam continet pars fetalis placenta magis collabescit, ac sic facilius ab utero potest sejungi.

XII.

Maximi fetui uterino momenti organon est hepar: etenim, pulmonum adhuc quiescentium vices gerens, sanguinem depurat a nimia carbonei, et hydrogenei quantitate. Hoc vero organon, propter venarum umbilicalium decursum, primo et proxime affici necesse est a cito nimis secto vel deligato funiculo. Atque ex eo pro parte saltem derivandus est frequentissimus infantibus morbus regius; aliosque etiam morbos, propter insignem hujus organi sympathiam, in hoc fonte praeparari non absimile est vero.

XIII.

Non concedimus Cl. RICHERAND docenti, bilem aut ejus partem colorantem, in pluribus icteri neonatorum casibus non esse in ipso sanguine vasculis cutaneis contento, sed icterum huncce ut plurum constituere illusionem opticam, quam opinionem declarat his verbis: *Cette coloration de la surface de la peau pourroit bien tenir chez l'enfant nouveau-né comme chez l'adulte, à toute autre chose qu'au passage dans le sang, de la bile en entier ou seulement de sa partie colorante. Nous l'observons en effet à la suite des ecchymoses produites par des contusions considerables ou par des fractures des membres La bile est alors tout-à-fait etrangere au phénoméne. — La couleur jaune paroit, dans ces cas dependre de la resolution de l'ecchymose; le sang, en partie absorbé, perd sa couleur, le noir devient graduellement moins foncé, la peau jaunit par degrés: ce n'est plus qu'ún phénoméne d'optique. Je crois que dans le plus grand nombre des cas, l'ictere des nouveaux nés n'est autre chose que ce passage du rouge de la peaú au moment de la naissance à couleur blanche qu'elle doit conserver. Cet etat intermediaire n'est que la gradation de la couleur roûge primitive* (Cf. RICHE-

RICHERAND *Elemens de Physiologie T. I. pag. 442 in nota. Parisiis* 1817.) Verissimum quidem est quo magis rubeat cutis infantis neonati, eo intensiore flavedine notari deinde, si quando ictero fuerit correptus: uterque vero effectus pro una eademque causa habet transparentem cutis tenuitatem; quod vero plus est, accumulatur color biliosus in urina, detrahitur foecibus alvinis; quin et cadaverum ictericorum sanguinem ipsum colore croceo tinctum, eodemque colore linteamina tingentem haud raro observamus.

TANTUM.

ERRATA CRASSIORA.

Pag.	linea.			
1	5	d'n	lege	*d'un.*
3	20	veni	——	*venis:*
4	12	partibus	——	*partubus.*
6	2	devaricationen	——	*devaricationem.*
11	13	fiimilesque	——	*similesque.*
12	3	attentione nostra	——	*attentionem nostram*
22	15	oposfum	——	*oposso.*
23	20	cumert	——	*certum.*
26	12	commata	——	*commate.*
—	20	erat	——	*eras.*
48	19	neglecta	——	*a neglecta.*
— in nota		ingere	——	*in genere.*
———		auguralis	——	*inauguralis.*

AAN MIJNEN VRIEND

G. H. AMSHOFF,

BIJ ZIJNE BEVORDERING TOT DOCTOR IN DE GENEESKUNDE.

'k Wensch u geluk, mijn vriend! aan 't doel van uw verlangen,
Nu u de wetenſchap haar hoogsten eernaam biedt,
Nu gij uit hare hand den lauwer moogt ontvangen;
Denk, waartoe ze u dien gaf, — vergeet uw pligten niet! —

*

Thans zijt gij aan het eind der edle baan genaderd,
Waarop gij uwen blik, zoo lang reeds, had gevest;
De grondſlag is gelegd, — de bouwſtof is vergaderd,
En ſterk zij het gebouw, dat ge op dien grondſlag vest.

*

Poog in uw nuttig vak ſteeds verder voort te ſtreven,
Maar wees voorzigtig, want uw kunst is ongewis;
Speel nimmer (ach! 't gebeurd,) met 't menschelijke leven;
Denk, dat de bedelaar ook mensch, uw broeder is.

Gij

Gij zult voortaan, als arts, aan 't bed des rijken treden,
  Waar u uw kunde en vlijt een rijken oogst vergunt;
Maar wordt ook uwe hulp door de armoede afgebeden,
  Het zij u nooit te veel, te helpen, waar gij kunt.

*

Als u de rijke, voor 't behouden van zijn leven,
  Zoo flecht hij kan, beloont, — en onverſchillig roemt,
Zal het dan aan uw hart niet meer voldoening geven,
  Als u een huisgezin, met vuur, zijn redder noemt.

*

Werk lang tot het geluk van uwe medemenſchen;
  De taak, die ge op u neemt, is van zeer groot gewigt,
Men zal van uwe hand 't behoud des levens wenſchen;
  Wees dan voorzigtig, vriend! het is uwe eerste pligt.

*

Beraad ge u altijd wel, dan zult gij 't beste ſlagen;
  En zoo het ſomtijds niet naar uwen wensch mogt gaan,
Zorg, dat uw eigen hart u nimmer aan kan klagen,
  En ge altijd zeggen kunt: ik heb mijn pligt gedaan! —

Laat

Laat menſchenliefde ſteeds uw' waarde, als arts, verhoogen;
Biedt dan ook redding aan, als 't hulploos weesje ſchreit
Bij 't lijk des vaders; — poog zijn' tranen aftedroogen,
En ſchittrend is het loon, dat eenmaal u verbeidt. —

*

Mijn vriend! gij zult voortaan in 't huis der ſmart verkeeren;
Waar angst de borst verſcheurt, en men u ſchreijend wacht,
O! daar is voor het hart bijzonder veel te leeren,
Veel meer, als waar 't geluk ons altijd tegenlacht.

*

Hier zult gij aan het bed van eenen edlen nadren,
Die, 't killen voelend' van den naderenden dood,
Zijn laatſte levenskracht nog poogt bijeen te gadren,
Om God te danken voor 't geluk, dat hij genoot;

*

En ginds van 't ſchriklijk uur des doods getuige wezen
Eens booswichts, wien de hel door 't krimpend ligchaam blaakt;
Die, daar gewetensangst op 't voorhoofd ſtaat te lezen,
Zijn laatſte zucht, God en zich zelven vloekend, ſlaakt.

Nu

Nu zult gij 't fterven zien van eenen grijzen vader;
Die ijvrig in zijn pligt zijn weg heeft afgelegd;
Hij treedt gerust en kalm de ftille groeve nader,
Waarin hij, 't leven moê, zijn hoofd ter ruste legt.

*

Dan zult ge aan 'sjongelings bed 't wanhopig fnikken hooren
Der oudren, wien de fteun des levens wordt ontrukt;
Of bij de wieg des kinds, op wien, fchoon pas geboren,
Reeds de engel van den dood zijn ftempel heeft gedrukt.

*

O! doof 't gevoel niet uit hierbij in u gerezen;
Wordt elke ontvangen les door u met vrucht befteed,
Dan zal u laatfte zucht voor God een danklied wezen,
Als gij, 't zij vroeg of laat, uw rustplaats binnen treedt! —

B. A. WINTGENS,
Jur. Stud.